DE ECTOPIIS IN UNIVERSUM ET DE HERNIA CRURALI IN SPECIE,

ADIECTO HUIUS HERNIAE CASU RARISSIMO.

DISSERTATIO INAUGURALIS ANATOMICO-CHIRURGICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA

PRO SUMMIS

IN MEDICINA, CHIRURGIA, ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

DIE XIII MENS. DECEMBRIS ANNI MDCCCXLII

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

FRANCISCUS GUILELMUS KOEHNK,

POMERANUS.

OPPONENTIBUS:

STAHLBERG, MED. ET CHIR. DR.

GLASEWALD, MED. ET CHIR. STUD.

HOENERKOPF, MED. ET CHIR. STUD.

ACCEDIT TABULA LITHOGRAPHICA.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

HASCE

LITERARUM PRIMITIA

D. D. D.

AUCTOR

Insignis in me Tua humanitas fe-
cit, ut Tui nominis splendore opuscu-
lum hoc qualecunque ornarem. Volui
enim, ut hae chartae monumentum sint
animi amoris et beneficiorum a Te in
me collatorum memoris. Nam cum Tu,
Vir Illustrissime, mihi suasor et auctor
exstiteris ut ad medicinae studium me
conferrem, omen accipio faustissimum,

me, Te decano, in numerum civiu
academicorum receptum esse et ja
Te decano summos in medicina h
nores adipisci. Quae vero consuet
dini Tuae accepta referam dicerem
an facerem aptius hoc loco incertu
abstinere a laudatione malui, ne anii
sensa in adulationem aucta esse v
derentur.

Situs mutationes seu Ectopias singularum rporis humani partium, cum plurimae earum ut dicam sub oculos cadant, antiquissimis jam temribus medici descripserunt, ut Hippocrates [1]), qui eviter de herniis disseruit. Dein Celsus plura de iis affert, ut adeo de operationibus in herniis iendis nonnulla apud eum invenias, nec vetustio- quosdam de arte chirurgica commentarios fru- a evolvas, quorum auctores de prolapsu [2]), de ussusceptione [3]), de inversione [4]) atque aliis ec- iis mentionem faciunt.

---

1) Epidem. Libr. II. p. 1. Nr. 71.

2) Schacher, Dissert. de morb. a situ intestinor. praeternat. Lips. 1721. — Luther. De procidentia ani. 1732. — Heister, Diss. de recti prolapsus anatome. Helmst. 1734.

3) Schroeder, De mutuo intestinorum ingressu. Altorfi 1729. — A. Vater, De invaginatione et introsusceptione non semper causa miserere mei. Wittenb. 1727. — Felix, Dissert. de intestinor. intussusceptione. Lugd. Bat. 1769.

Aretaeus Capadox, De signis et causis diuturnorum morborum L. II. Cap. XI. de uteri morbis. — Deventer, Operationes chirurgicae, novum lumen exhibentes obstetricantibus. Lugd. Bat. 1701. — von Sanden, Observationes de prolapsu uteri universi ab excrescentia carnosa. Regiomonti 1723.

Sed in universum de situs mutationibus vete
non disputarunt, nec origine et caussis quaes
suum iis in systemate locum assignarunt, immo
spersim et de aliis quibusdam singulorum organo
morbis exponentes sigillatim de iis disseruerunt.

Recentiores, in quibus prae ceteris J. F. Mec
et Otto in commentariis de anatomia pathologica
tusmutationes, variae earum naturae ratione ha
per diversas quidem classes distribuerunt; sed
tionem communem non statuerunt. Ph. de W
ther [5]) tandem in systemate chirurgico proprium
topiis locum, et tertiam quidem classem assigna
et praemissis, quae in universum de eo, quod om
bus ectopiis commune est, dicenda erant, de sing
egit, exceptis quibusdam quae aut rariores,
non ita magni momenti sunt.

Quae cum ita sint hoc mihi proposui, ut
varias ectopias accuratius quam adhuc factum
per certas classes distribuam et singulos ectopiar
classis ordines describam.

Quod si mihi prospere evenit, non mihi s
sed viro illi, cujus nomen hoc qualecunque me
opusculum illustrat, benevole lector, debes.

---

5) System der Chirurgie von Ph. v. Walther. I. p. 275.

Ectopia, Situs mutatio ille status morbosus
minatur, ubi pars organica locum a natura datum
seruit.

Natura vero musculis, vasis, fasciis, tendini-
s, cartilaginibus, ligamentis fibrosis et serosis
tur, quibus organa ad diversas corporis partes
get. Quapropter ut dislocatio organi cujusdam
, functio harum partium, qua alligandi vim ha-
it, aut nulla fiat oportebit, aut aliquam certe
tem perturbetur. Haec functio vero et prorsus
i et perturbari potest rebus quam maxime di-
sis. Potest enim status ejusmodi provocari ipsis
anis translocatis, partibus quibus alligantur or-
ia, multisque praeterea aliis rebus et externis,
internis.

Saepe fit, ut dislocatione organi functio ejus-
n perturbetur, plus minus, prout functio a nor-
i situ pendet, ex gradu dislocationis, secundum
ibinationes et complicationes.

Omnia corporis humani organa possunt dislo-
i, et duriora, ossa et cartilagines; et molliora,
culi, tendines, ligamenta, viscera. Ratio localis
ium morbosa, quoad conjunctiones eorum mo-
ores, articulos: luxatio, quoad conjunctiones
ius mobiles, suturam, harmoniam: diastasis no-

minatur. Partium vero mollium ex ratione lo
diversa, ex caussis quae dislocationem efficiunt
versis et ex modo quo in conspectum venit pl
sunt subdivisiones ectopiae.

In definiendis dislocationibus scriptores an
miae pathologicae et chirurgiae iisdem fere no
nibus usi sunt, sed varias notiones cum iisdem c
junxerunt, quae tamen saepissime nominibus, qui
utebantur non corresponderunt. Magna deni
exstat pars ectopiarum partium mollium, quibus
tum classis nomen inditum adhuc non est.

J. F. Meckel [6], qui de situsmutationibus
universum non tractat, sic illas in capitibus sequ
tibus anatomiae pathologicae distribuit:

I. *Buch. Von den Abweichungen der Form.*
I. *Abtheilung. Von den ursprünglichen Bildu fehlern.*
I. *Abschnitt. Von den Hemmungsbildun des Eies. Drittes Hauptstück.*
II. *Unterabtheil. Von der abweichenden L*
I. *Abschnitt. Von der regelwidrigen L des ganzen Körpers. 1) Von der Ex Uterinalschwangerschaft. 2) Von regelwidrigen Lage des Foetus inner der Gebärmutter.*

---

6) Handbuch der pathol. Anatomie von J. F. Meckel. I
Leipzig 1816.

II. *Abschnitt. Von der regelwidrigen Lage einzelner Organe. 1) Seitliche Umkehrung. 2) Umkehrung von unten nach oben. 3) Umkehrung von hinten nach vorn.*

II. *Abtheilung. Von den erworbenen Formfehlern.*

II. *Classe. Configurationsveränderungen.*

I. *Abtheilung. Von der Umkehrung. 1. Abschnitt. Vom Darmkanal. a) Einschiebung. b) Vorfall des Afters. 2. Abschnitt. Weibliche Geschlechtstheile. 3. Abschnitt. Harnsystem.*

IV. *Classe. Ortsveränderungen.* I. *Abschnittt. Von den Brüchen.*

A. *Unterleibsbrüche. 1) Aeussere Brüche im Allgemeinen. 2) Aeussere Brüche insbesondere. 3) Innere Brüche.*

B. *Brustbrüche.*

II. *Abschnitt. Von den Vorfällen.*

III. *Abschn. Von den Richtungsveränderungen.*

Praeceptor meus, summopere colendus, Ill. hultze, qui in praelectionibus de anatomia palogica incertas hasce definitiones situsmutationum, ncam et imperfectam earum per classes distributnem notavit, sic fere rem distribuit et hasce nocum communicavit singularum ectopiarum clasm definitiones.

1. Situs perversus (*seitliche Umkehrung*) status abnormis ille in quo viscus quoddam in

latere opposito situm sit isti, quod ratione nor ei convenit; e. g. Cordis situs in latere dextr lienis, hepatis in sinistro etc.

Sensu latiore Otto [7]) hoc verbo utitur, omnes fere dislocationes hoc nomine comprehe

2. **Aberratio** [8]) (*Abirrung*) adest, si scera dum formantur de via sibi a natura praesc aberrant, v. c. testiculi si infra arcum crura versus crus descendunt, ovum in graviditate e uterina; deinde si vasa, nervi, musculi, tend ex vitiosa conformatione prima locum abnor tenent. Ortus et decursus anomalus vasorum nervorum, ortus aortae e ventriculo cordis dex arteriae pulmonalis e sinistro huc pertinent.

3. **Dilationem** (*Verschiebung*) nomina ectopiam intestinorum, quae sine strangulatione i cava corporis ipsa situm mutaverunt, et muscular tendinum, nervorum, vasorumque dislocationes caussis mechanicis.

Quam dislocationem effici constat cavo forma depravata, v. g. thoracis in cyphosi, lord scoliosi cet., tumoribus et liquoribus collectis, organorum magnitudine aucta, sicut hepatis, lie uteri cet., v. c. obliquitas uteri, oculorum, mus lis, tendinibus, ligamentis contractis; antrover retroversio uteri, cet.

---

7) Lehrbuch der pathol. Anatomie der Menschen und T von A. W. Otto. Berlin 1830. I. 26.

8) Otto, l. c. p. 28.

Huic ectopiarum generi J. F. Meckel solummodo obliquitatem uteri adnumerat [9]). Otto e contra hoc modo organa plura posse dislocari concedit, nomen directionis perversae seu obliquitatis huic dislocationum generi tribuens, dum hisce verbis utitur:

Endlich kann auch die Lage der Theile in so fern regelwidrig sein, als sie ohne aus der gewöhnlichen Stelle gewichen zu sein, nur eine abnorme Richtung haben (Directio perversa, Obliquitas etc.), *dass ihre Achse verdreht wird; man beobachtet diesen Fehler an mehreren Eingeweiden, namentlich am Auge, am Herzen, dem Magen, den Nieren und der Gebärmutter, ja selbst an Knochen, in so fern nämlich die Zähne bald schief, bald queer, ja wohl gar umgekehrt liegen.*

4. Volvulus s. strangulatio intestinorum (*die Verschlingung der Eingeweide*), effecta eo, quod ansa intestini per annulum plerumque ex coalitione intestinorum directe vel indirecte facta, vel ex fissura in duplicaturis peritonaei formatum penetrat.

Sunt etiam hodie [10]) quibus volvulus idem significare videtur, quod Ileus, qui nihil aliud est nisi symptoma morborum quam maxime diversorum, et Intussusceptio, morbus, quoad symptomata volvuli simillimus, secundum rationem et modum situs

9) Handbuch der pathol. Anatomie II. p. 492.

10) Blasius, Handwörterbuch der Chirurgie. Bd. III. p. 190.

abnormis vero cum illo haud congruens. Gr-
heim [11]) sequentem volvuli definitionem statuit:

*Derjenige Zustand, wobei Darmtheile sch-
gen- oder knäuelförmig untereinander verwickelt s*

Qua definitione mihi quidem videtur vir c-
berrimus [12]) rem haud satis illustrasse. Multi
scriptores, inter quos Seiler et Meckel [13]), volvul
herniis internis adnumeraverunt.

5. Hernia (*Bruch*) quae sit alii aliter ex-
carunt scriptores, prout aut arctiore, aut lati
sensu hanc vocem intelligebant. Nam ne dicam
herniis immerito sic dictis — cirso-sarco-hyd
cele —, qui ne in dislocationum quidem, nedum
herniarum numero sunt ponendae, propter herni
quae dicuntur internae, herniae difficillime sunt
plicatu. Quodsi ad herniarum signa pertinere c
scamus tumorem conspici cute externa non viola
non solum herniae internae, sed etiam eae externa
quae situm habent profundiorem (v. c. obturator
ischiatica) et in eo sunt ut excolantur, exclusae sun
Hernia igitur adest, si intestina capitis, pectoris
abdominis cavo inclusa aut tota aut aliqua eoru
pars per aperturam morbose amplificatam in propr
cavi pariete (musculis, tendinibus, ossibus, cartil

11) Rust, Handbuch der Chir. und Augenheilk. Bd. XVI. 4
12) Rust, Handwörterbuch der Chirurgie und Augenheilkun
Bd. VIII. p. 567.
13) Handbuch der pathol. Anatomie. II. p. 467 seq.

inibus) aut per aperturam novam sunt egressa, ita amen ut ab integumentis communibus adhuc circumentur [14].

Hac definitione praeceptoris mei, Ill. Schultze ata, haud alienum puto, definitiones herniae varias mplissimorum rei chirurgicae et anatomiae patholoicae scriptorum admodum inter se discrepantes ddere.

Richter [15]) dicit: *Ein Bruch entsteht, wenn rgend ein Eingeweide aus der Höhle, in welcher es m natürlichen Zustande liegt, in einen widernatürichen Sack eintritt.*

Cooper [16]): Progressus alicujus visceris ex jus propria cavitate.

Chelius [17]) dat sequentem definitionem: *Bruch nennt man das Austreten eines Eingeweides aus seiner Höhle in das umliegende Zellgewebe oder in eine ndere Höhle.*

J. F. Meckel [18]): *Mit dem Namen Bruch beegt man verschiedene von dem Normal abweichende Lagen der in den Höhlen des Körpers mehr oder weniger frei liegenden Organe, deren allgemeinster Charaker der Durchgang aller oder eines Theiles derselben*

---

14) Körner, De herniis diss. inaug. Gryph. 1838. — Weddern, De intussusceptionibus diss. inaug. Gryph. 1841.

15) Richter, Wundarzneikunst. Bd. II. §. 211.

16) Astl. Cooper the anatomy and surgical treatment of the inguinal and congenital Hernia. London 1806.

17) Chelius, Handbuch der Chirurgie. 3. Aufl. Bd. I. p. 484. §. 895.

18) Handbuch der pathol. Anatomie. II. 1. p. 358.

durch eine entweder ganz regelwidrige oder we... stens regelwidrig erweiterte Oeffnung ist, wodu... das durchgetretene Organ von den übrigen mehr o... weniger abgeschieden wird, ungeachtet alle von ... allgemeinen Bedeckungen bekleidet sind.

Ph. v. Walter[19]): *Vorfall heisst die Dis... cation eines Eingeweides, wobei dasselbe seinen ... sprünglichen Sitz in einer inneren Höhle verlä... und mit nackter Oberfläche durch eine in ihrer W... dung angelegte natürliche Hautöffnung hervorra... Ist das letzte nicht der Fall, bildet das disloci... Eingeweide mit nicht entblösster Oberfläche eine w... nigstens noch mit den Hautdecken überzogene He... vorragung an irgend einer Stelle des äusseren U... fanges der Höhlenwand, so wird die Dislocation e... Bruch (Hernie) genannt.*

Exceptis plurimis aliis herniarum definitionib... illam tantum, quam Seiler[20]) dedit, addendam ess... censeo. Qui quidem dicit:

Hernia, Bruch, ist die Ortsveränderung vo... Eingeweiden, bei welcher sie durch eine regelwidri... erweiterte oder neugebildete Oeffnung innerhalb de... allgemeinen Bedeckungen, aus ihrer normalen Lag... heraustreten.

---

19) System der Chirurgie von Ph. v. Walther. Berlin 1833 p. 278.

20) Handwörterbuch der Chirurgie und Augenheilkunde vo... J. N. Rust. Bd. VIII. p. 598.

Hernia interna. Hujus vocis usum scriptores atissime circumscripserunt; est enim secundum quos-lam, Richterum [21]) dico, Seilerum [22]) et Mecke-ium [23]) dislocatio unaquaeque intestinorum abdo-ninis, in qua viscus per aperturam aut morbo fa-tam aut naturalem, quasi si esset annulus herniosus enetrat; non relicto cavo abdominis; quo fit ut et ntussusceptionem et volvulum herniis internis ad-umerent.

Blasius [24]) praeterea et in cavo pectoris her-iam internam adesse posse statuit:

Innere Brüche, inquit, *sind diejenigen Verla-erungen von Eingeweiden, bei welchen diese aus hrer normalen Lage durch einen ringförmig um-chlossenen Raum (Bruchpforte) hindurch in eine nomale Lage innerhalb derselben Höhle oder nach ler benachbarten natürlichen Körperhöhle hineinge-reten sind; durch das Vorhandensein der Bruch-forte unterscheiden sie sich von den anderen Ver-agerungen innerhalb der natürlichen Höhlen.*

Cooper [25]) et cum illo praeceptor meus Ill. Schultze strangulationes intra cavum abdominis

---

21) Richter, Chir. Bd. V. p. 179. §. 221.

22) Rust, Handwörterbuch der Chir. Bd. VIII. p. 596 seq.

23) Meckel, Handb. der pathol. Anatomie. Bd. II. p. 461.

24) Blasius. Handwörterbuch der Chirurgie u. Augenheilkunde. Berlin 1837. Bd. II. p. 783.

25) Anat. und chir. Behandlung der Leisten - und angebornen Brüche. Aus dem Engl. v. Krulge. 1809.

herniis internis esse adnumerandas plane negant, Ill. Schultze herniam diaphragmaticam solam veram esse herniam internam statuit, cum ceterae cavo ipso quodam factae dislocationes per divers ectopiarum classes facile distribui possint.

6. **Prolapsus** (*Vorfall*) ille nominatur stat morbosus, ubi intestina per aperturam cavi con nentis praeternaturalem, normali loco et cavo re ctis ita in conspectum prodeunt, ut pars prolap sine omni tegumento cum superficie naturali prominea

Omnes fere scriptores omnibus organis tuba similibus ex aperturis naturalibus egressis prolapsum effici credunt. Qua in re autem non curant utrum inversa sint necne, utrum naturalem aperturam pe netraverint an secus, utrum superficiem internam mucosam scilicet, praebeant an externam. Sed cum ejusmodi ectopia revera inversio sit, non est cur du bites eam inversionum classi adnumerare.

Otto in definitione Prolapsus et Inversioni his utitur verbis [26]:

Ein paar besondere und eben so wichtige al häufige Formen der Dislocation sind die Brüche und die Vorfälle, Prolapsus. *Bei ersteren treten ein oder mehrere Eingeweide ganz oder theilweise aus ihrer normalen Höhle in einen regelwidrigen Sack oder Beutel; — bei letzteren dringt ein Eingeweide*

---

26) Handbuch der pathol. Anat. der Menschen und Thiere. I. p. 28.

anz oder theilweise durch eine ursprüngliche Oeffnung, ohne einhüllende Bekleidung, also nackt hervor, und ist dann entweder nur hervorgedrängt, der zugleich auch umgestülpt (Inversio). *Die veränderte Lage der Theile bei den Brüchen und Vorfällen ist endlich zu unterscheiden von der ürsprünglichen oder zufälligen Vorlage* (Propendentia, Evisceratio) *der Eingeweide, in Folge angeborner oder durch Rupturen und Verwundungen entstandener Spaltungen der Wandungen jener Höhlen, worin sonst die Eingeweide eingeschlossen sind.*

Voluit igitur ut prolapsus sensu nostro nomine propendentiae s. eviscerationis significetur; prolapsus vero per aperturas cavorum naturales secundum nostram sententiam protrusioni sunt adnumerandi.

Prolapsus vero falso sic dicti sunt: Pr. ani, vesicae urinariae, vaginae cet.; prolapsus veri autem: pr. cerebri, iridis, corporis vitrei, pulmonum, cordis et intestinorum quam maxime diversorum.

7. Protrusio (*Austreibung*). Primo quidem obtutu prolapsus simillima, sed ob causam efficientem ab eo prorsus diversa est. Efficitur enim organo quodam e naturali cavi sui apertura prominente, ita tamen ut inversio cum ea conjuncta non sit. Protruduntur vero organa non partibus munientibus relaxatis, vel pondere organi ipsius aucto, sicut in inversione; sed protrusio organorum eo potius efficitur, quod magnitudo organi non correspondeat cum ambitu et capacitate cavi, id quod fieri potest ipsis

partibus dislocatis auctis aut aliis ex caussis qui[l] cavi capacitas minuatur, veluti tumoribus diver[s] cet. Exempla protrusionis sunt: protrusio ling[ua] et protrusio oculi.

8. Intussusceptio (*Einstülpung*) est sta[tus] morbosus ille intestinorum utris similium vel cana[li]formium, quo pars eorum in vicinam partem proxi[me] sitam intrat, ita tamen, ut ab ea vaginae instar ci[r]cumcingatur.

A. L. Richter [27]) Intussusceptionem non ni[si] de partibus tubi intestinalis injectis accipit, facitqu[e] cum eo Blasius [28]). Sed non est cur dubites hun[c] ectopiarum ordinem etiam in aliis organis forma[m] utris vel tubae imitantibus fieri posse.

J. F. Meckel [29]) tres ectopiarum ordines su[b] nomine „*Umkehrung*" comprehendit; inversione[m] nempe, prolapsum et intussusceptionem. Praecipu[e] intussusceptio fit in tubo intestinali, tum etiam i[n] organis mulierum sexualibus, in utero et in vagina demum in vesica urinaria et apud mulieres in urethra

9. Inversio (*Umstulpung*) significat situm parietum haud naturalem canalis cujusdam cavi ve[l] duplicaturae cutis cum superficie interna mucosa, quo parietes ita invertuntur, ut superficies intern[a] fiat externa aërique sit exposita.

---

27) Rust, Theoretisch-pract. Handwörterbuch der Chirurgie. Bd. X. p. 100.

28) Blasius, Handbuch der Chir. Bd. III. p. 190.

29) Handbuch der pathol. Anatomie. II. p. 324.

Jure scriptores nonnulli [30]) ad inversionem nu-
ieraverunt illud vitium dupplicaturarum cutanearum,
bi illarum planities mucosa eversa est, veluti prae-
utii et palpebrarum — Paraphimosis, Ectropium.

Fieri autem solet, ut statibus localibus mor-
osis, qui sine dubio ad inversionem pertinent, alia
nponantur nomina, v. g. prolapsus vaginae et
teri, qui sunt inversiones vaginae diversi gradus
t prolapsus ani, qui est inversio recti.

Cum Inversione organorum cavorum semper
onjuncta est Intussusceptio.

10. Crumena (*Beutel*). Si, externa aut
iedia organorum cavorum membrana fissa, tunica
itima, aut sola aut cum tunica media aut externa
onjuncta, e fissura, tumorem sistens erumpit.

Nomine crumenae primus J. P. Frank utitur,
um in interpretationibus clinicis [31]) suis vesicas
rinarias plures in cadaveribus dissectis repertas et
asce crumenas magno in numero repraesentantes
escripsit et delineavit.

Haec vero ejus verba sunt: „Nec herniae
omen huic vesicae urinalis morbo satis convenire
redimus, eo quod nullum viscus in saccum mor-
osum abscesserit, nec diverticulorum, ap-
endicum illud quadrare, quod in his omnes

30) Ph. v. Walther, System der Chir. I. 299.

31) Interpretationes clinicae observationum selectarum. Tubingae 1812. Pars I. p. 274.

visceris alicujus tunicae simul, praeter sanitatis ges, dilatatae et in longum ductae sint, putan Crumenarum hinc nob ispraeplacuit denominati

Et paullo post [32]: „Ipsae cordis fibrae neae observante jam Hallero, interino adhuc in fe aliquando ita dehiscunt: ut membrana hujus visce nobilissimi interna, inter illas fibras, externae tu cae contactu mutuo sese adplicet, ac futuri, sub quidquam protracta, aneurysmatis rudimenta, c genito sic vitio, ponat."

Ejusmodi situsmutationes autem plurimae atq in diversissimis organis exstant, sub diversis nom nibus, quibus omnibus nomen crumenarum indidis haud incommodum erit.

Pertinent autem ad crumenarum ordinem Hernia tunicae intimae arteriae s. aneurysma herni sum — quod quidem a nonnullis scriptoribus n gatur; cui etiam adnumeranda est dilatatio tunica internae cordis per fibras musculares hujus organi Broncho-Tracheo-Cerato-cele; Diverticulum spu rium vesicae urinariae, intestinorum, ductus chole dochi, ureteris, cet.

His, quae in universum de situsmutationibu praemittenda esse censui, absolutis, ex re fore cre didi, ut de hernia crurali sigillatim tractarem, no eo consilio ut rem omnem absolvam, quippe qua a scriptoribus celeberrimis satis tractata jamjam sit

---

32) l. c. p. 275.

d ut ratione anatomiae pathologico - chirurgicae bita, neglectis iis, quae herniis cruralibus cum nuibus herniis communia sunt, momentis id solum rem, ut quod ipsis est peculiare exponam.

De hernia crurali.

Definitio.

Herniam igitur cruralem illum nominamus instinorum ex cavo abdominis progressum, qui sub :amento Poupartii evadit atque in superficie antei femoris in conspectum venit.

Descriptio anatomico-chirurgica regionis cruralis.

Descriptio anatomico - chirurgica regionis illius qua herniae crurales in conspectnm prodeunt, amquam in nullo fere libro de herniis specialiter ripto omissa sit, tamen, priusquam propositum grediar, praemittenda mihi esse visa est.

Pars inferior tendinis lati musculi abdominis liqui externi multo crassior, densiorque est, parte us superiore, ita ut ab anatomes scriptoribus sub mine ligamenti describatur et quidem sub nomine amenti Poupartii seu Fallopiae, nominatur etiam :us cruralis.

Inter ligamentum quod fines terminat inter abmen et crus, a spina anteriori superiori ossis m versus spinam ossis pubis directum et illi spie affixum, et inter ramum horizontalem ossis pubis

aeque ac marginem anteriorem ossis ilium magn relinquitur spatium, in diversis locis diversae - tensionis et diversa firmitate clausum. Pars er superior hujus ligamenti usque ad tuberculum il- pectinaeum, ubi per ligamentum vaginae vaso cruralium illi tuberculo affigitur, intime cum fas femoris lata conjuncta est. Fascia autem hanc p- tem ligamenti Fallopiae superiorem ita detrahit, linea curvata inde exoriatur, cujus arcus conve inferne spectat; quo fit, ut spatium, de quo m dixi, hoc in loco magnam partem deminutum e quod adhuc magis coarctatur musculis — iliaco terno et psoa — ibidem in crus descendentib Membrana insuper fibrosa, fascia iliaca, hac in gione magnae crassitudinis, aperturam obducit, facile intellexeris, hanc regionem prae ceteris h niarum ortui non favere.

Aliter autem res sese habet in parte dimi interna ligamenti Poupartii, cum foramen inter lam partem et ramum horizontalem ossis pubis lo levius sit obturatum. Fibrae enim tendinosae a m gine inferiore ligamenti Poupartii exoriuntur, atq interne directae cristae ossis pubis sunt infix Ligamentum tali modo formatum, quod a Gimb natio nomen traxit, angulum inter ligamentum P partii et partem internam rami horizontalis os pubis explet. Angulum vero externum inter tub culum ileo - pectinaeum et arcum cruralem posit vasa cruralia, quae vagina propria cinguntur, sic nervus cruralis, illius vaginae expers, occupa

ttamen iis, quorum modo mentionem feci vasibus que ligamento Gimbernati apertura haec omnino on clauditur. Inter vasa cruralia enim et ligamenm Gimbernati lacuna relinquitur latitudinis circiter nearum sex ad novem. Chirurgi annuli cruralis terni nomen huic lacunae dederunt, quae cum adodum leviter sit clausa, permagnam praebet opporitatem cavi abdominis intestinis descendentibus. ela etenim cellulosa, quamquam densa atque in tere posteriore a continuatione fasciae transversae b Astley Cooper fascia propria herniae cruralis, Clocquet septum crurale, ab Seiler [33]) septum nuli cruralis nominata) atque a peritonaeo vestita; men si comparatur cum ceteris partibus, quae erturam inter arcum cruralem et os pubis coarant, admodum laxa atque descendenti visceri leviter sistens, hunc annulum cruralem implet.

Ab annulo crurali seu lacuna vasorum cruram interna apertura inferior, quae etiam annulus uralis externus dicitur, fossa ovali, per quam vena phena magna in venam cruralem intrat conficitur. nterior paries hujus canalis cruralis longe brevior riete posteriore est et a lamina superficiali fasciae ae, margini anteriori arcus cruralis affixa, formatur. uae lamina anterior, fascia superficiali insuper ob-cta, incisuram semilunarem cum margine concavo terne directo ostendit. Paries posterior autem est

---

33) Rust, Handwörterbuch der Chir. Bd. VIII. p. 333.

lamina fibrosa et ea quidem, quae a crista oss pubis exoritur atque musculi pectinaei superficie anteriorem tegens in crus descendit, superne cu fascia iliaca et transversa conjuncta, et lamina p sterior seu profunda est portionis pectinaeae sciae latae.

Haec descriptio brevis atque obiter tanta tractata opto ut ad intelligendam herniarum, qu jam sequitur, descriptionem satis inserviat.

Divisio herniarum cruralium.

Ex loco autem, quo viscus quoddam, cavu abdominis relinquens sub ligamento Poupartii vers superficiem anteriorem femoris descendit, duae v potius tres herniarum cruralium species sunt disce nendae: herniam dico cruralem internam et he niam cruralem externam, quibus etiam est adnum randa hernia ligamenti Gimbernati. Prima illaru per annulum cruralem versus crus dirigitur; alte autem eo loco, qui inter tuberculam ileo-pec naeum et spinam ossis ilium anteriorem inferiore est situs e cavo abdominis prodit; tertia est illa he niae cruralis species, quae per interstitia ligamen Gimbernati provenit et recentiore aetate a La gier [34]) observata est et descripta.

Descriptionem accuratiorem hujus herniae liga menti Gimbernati cum extra propositum, quod

---

34) Medizin. Zeitung des Auslandes. 1833. p. 141.

oc libello conficiendo sequutus sum, jaceat, plane mittam.

Ex descriptione regionis cruralis praemissa satis atet, hernias crurales internas longe crebriores esse ebere, quam herniae crurales externae.

Hernia cruralis interna, si per lacunam vasoum cruralium internam in canalem cruralem intravit, undem autem adhuc non deseruit, hernia cruralis inerna imperfecta nominatur; quem si deseruerit, ita t tumor inde externus fiat conspicuus, nomen heriae cruralis perfectae tribuitur illi.

Ob rationem situs ossium ilium apud mulieres agis plani atque horizontalis viscera versus annuım cruralem facilius premuntur, et cum ramus horiontalis ossium pubis longior in muliere sit, quam in iro, annuli cruralis ambitus in illa etiam multo ajor est et ortui herniae cruralis internae magis ıvet, quam in viris, apud quos hernia inguinalis ulto crebrior occurrit.

In hernia crurali interna imperfecta tumor aut inimus tantum aut omnino nullus videtur. Hernia ruralis perfecta autem tumorem ostendit ovalem ad artem femoris superiorem sub ligamento Poupartii itum. Qui tumor plurimis in casibus rotundus seu valis ac modice tensus interdum etiam eminentias onnullas parvas ostendit, quod tum evenit, si porunculae sacci herniosi per fasciam latam vel supercialem hoc loco foraminibus parvis instructam, peetrant. Nomen inde contraxit herniae racemosae.

Distinctio herniae cruralis ab herni[a] inguinali.

Signa, quibus hernia cruralis interna ab [h]-nia inguinali, vel interna vel externa distingu[i], sunt haec:

Hernia cruralis interna semper sub ligam[ento] Poupartii evadit, dum hernia inguinalis supra [-] ligamentum posita sit. Hernia crurali mobili re[-]sita facile digito inquirenti per annulum crura[l] dilatatum in cavum abdominis penetrare poteris, [-] in hernia inguinali externa canalem inguinalem d[i]-tatum invenies; in hernia inguinali interna fove[am] remotam ab annulo crurali et interne sitam apert[-] senties. Collum herniae inguinalis externae, pr[in]-cipue si hernia recens adhuc est secundum direct[io]-nem canalis inguinalis oblique versus symphysin [-] sium pubis jacet; et si apud viros in cavum scr[o] apud mulieres in labium pudendi majus descend[-] his momentis jamjam distinctio a hernia crurali [-] data. Si autem hernia cruralis immobilis atq[ue] praeter consuetudinem amplificata est, ita ut, parie[te] anteriore versus arcum cruralem presso supra ej[us] marginem assurgat, diagnosin firmiorem reddit di[li]-gentior perscrutatio canalis inguinalis, qui sub ta[-] rerum statu omnino liber et immutatus invenit[ur]. Forma tandem hernia cruralis perfecta a hernia i[n]-guinali differt, cum illa semper formam servet r[o]-tundam, haec vero formae sit oblongae et piriform[is].

Praeterea autem hernia cruralis interna co[m]-mutari potest cum aliis tumoribus huic regio[-]

ropriis, quorum hac ratione habita notatu dignissimi sunt:

1) Bubo inguinalis, qui fere nunquam tam pente exoritur, quam hernia cruralis, sub tactu irus et tuberculosus sentitur cum hernia tumorem aebeat mollem, elasticum. Bubo, quamquam interim in telam cellulosam, hac in regione adipe berrime repletam, reprimi potest, nunquam tamen nnino si reprimitur evanescit. Hernia cruralis obilis reposita nullo modo tactu amplius est percienda, annulus cruralis vero ita dilatatus est, ut r illum in cavum abdominis penetrare possis. d exempla exstant plura, ubi discrimen inter heram cruralem et bubonem inguinalem tam difficile at inventu, et ante operationem diagnosin certam tere etiam viris experientissimis haud contigit.

2. Abscessus psoae ex inflammatione telae llulosae musculum psoam obtegenti vel etiam ex rie vertebrarum lumborum ortus, ex momentis amnesticis plerumque cognoscitur et tali modo tat ne cum hernia crurali commutetur. Accedit od tumor ex accumulato pure ortus, fluctuationem rcipi sinat atque apud aegrotum in dorso jacenti nte evanescat, nec quidem cum strepitu gargarite, proprio illo herniis, praecipue tubi alimentarii tes continentibus.

3. Varix venae saphenae magnae eo loco, sanguinem in venam cruralem effundit. Quo in u tumor herniae cruralis internae simillimus adest. mpressio talis tumoris invisibilem illum reddit,

si tamen vena cruralis paullo superius et cordi p pius comprimitur, tumor denuo exoritur, immo a plificatur, quod in hernia crurali nunquam fit.

4. Aneurysma arteriae cruralis in parte s periore cruris rarissime tantum cum hernia crur potest confundi, cum symptomata aneurysmati propria diagnosin hujus morbi non ita diffici reddant.

5. Tumores cystici et fungosi ab hern crurali momentis herniis omnino propriis satis d crepant.

Distinctio herniae cruralis internae ab he nia crurali externa.

Praeter quod exempla herniae cruralis extern omnino rarissima exstent, haec etiam alium ten locum, cum remotius ab annulo crurali, spinae sup riori anteriori ossis ilium propius jaceat, ita ut a teria cruralis in latere herniae interno pulsa animadvertetur. In descensu semper interne versu trochanterem minorem est directa. Herniae crural nunquam tantam magnitudinem quam herniae i guinales assequuntur, cum raro tantum pugnae m gnitudinem excedant. Plerumque intestini tenu aut crassi vel etiam omenti magni partes continen Rariora contra illa sunt exempla, ubi hernia crural ovarium, tubam Fallopiae, immo uterum ipsum i cludebat.

ɪnumeratio partium herniam cruralem, vel internam vel externam cingentium.

Si a superficie incipiens cultro partes, herniam ɪruralem internam obtegentes, persequeris, hasce ɪvenies.

Dissecta cute externa fascia superficialis in onspectum venit, adipe et glandulis lymphaticis ɪtertexta; qua fascia remota lamina superficialis ɪsciae latae, arcus cruralis parti inferiori affixa ocurrit. Tum in membranam fibrosam incurris, in am nempe fasciae transversalis partem, quae in tatu normali annulum cruralem obducit, atque ab ɪ. Cooper fascia propria herniae cruralis est nomiata. Saepissime tamen monente jam Scarpa, tuica haec admodum tenuis ab hernia repente exriunte disrumpitur, interdum ea autem una cum tela ellulosa, in canali crurali posita ita adipe repleta st, ut credere possis te, sacco hernioso jamjam perto, omenti partes conspicere. Tum denique accus herniosus ipse cernitur, ex colore albidoriseo, e superficie externa a tela cellulosa adhaeente haud laevi, deinde ex vasibus sanguiferis raissimis facile dignoscendus.

Partes herniam cruralem externam circumdanes praeter cutim externam sunt hae: fasciae latae amina superficialis et profunda, quam sequitur straum cellulosum adipe intertextum, una cum musculo artorio latus sacci herniosi externum obtegens. Denique saccus herniosus ipse cernitur, a lamina

fibrosa cinctus, fasciae iliacae appendice admod tenui, quae inde a superficie anteriori musculi ili interni cum sacco hernioso est protrusa. Caeter arteria circumflexa ilium saccum hujus herniae te

Herniam cruralem in feminis multo crebri occurrere, quam apud viros supra jam commemo vimus. Quod quidem praecipue fit in mulierib gravidis, propter diminutam cavi abdominis capa tatem; post partum tamen, et restituta exinde cap citate normali cavi abdominis, saepissime hernia s sponte recedit, donec graviditas iterata denuo he niam provocat.

Praeter sequelas omnibus fere herniis comm nes id proprii hernia cruralis interna habet, qu ob pressionem in vasa cruralia, tum sanguifera tu lymphatica, sicut in nervum cruralem dolores s cundum decursum nervi, formicationem immo to porem cruris, praeterea etiam varices atque oedem pedum gignat.

Saepius autem quam omnes ceterae herniae herniae crurales internae incarcerationi sunt obnc xiae, quod facile intelligitur, si structuram anatom cam partium, herniam cruralem internam proxim cingentium, paullo accuratius perpenderimus. Nam et annulus cruralis, et canalis ipse perangusti sunt collum igitur herniae insuper longum nequit dilatar magnum in modum, quod eo minus fit cum parte omnes annulum et canalem cruralem formante structurae sint fibrosae atque relaxationi minim idoneae.

Verum etiam signa herniae cruralis incarcera-e multo vehementiora sunt, quam in hernia ingui-ali et ceteris herniarum abdominalium speciebus. olores, cum hernia plerumque partes intestini te-uis abscondat, ob permagnam hujus sensibilitatem unt vehementes; inflammatio acutissima facile in eteras partes tubi intestinalis propagatur atque pro-ivitatem magnam in gangraenam transeundi offert.

Incarcerationis herniae cruralis externae usque l hunc diem unum tantum exemplum in compendiis rolatum invenimus [35].

Curatio herniae cruralis internae mobilis.

In curatione herniae, quam tractamus, mobilis onditiones plurimae, quae in tractandis herniis mo-ilibus sunt considerandae, etiam rite observandae unt, paucarum tamen modificationum ratione habita, uae praecipue sunt fundatae in directione herniae osius atque canalis cruralis.

Ad faciendam repositionem aegrotus in dorso cens, femore et crure modice flexis, extremitatem us lateris in quo hernia adest paullulum adducit, uo fit, ut partes, herniam cingentes atque ejus re-essui obstantes — fascia lata, ligamentum Poupartii t Gimbernati — relaxentur. Taxis vero ipsa se-undum descensum majorem minoremve differt, cum

---

35) Zeis, Diss. herniae cruralis externae cum epicrisi. Lipsiae 1832.

apud herniam parvam adhuc et incompletam illa directione fere horizontali ab anteriore in cavum a dominis reprimatur; in hernia completa autem, illa canalem cruralem jam deseruit, necesse est, hernia, antequam directionem canalis cruralis p mendo sequamur, in canalem illum reducatur, q eo efficitur, ut herniam in ipsum femur quasi primamus.

Bracheria etiam, quibus retentio herniae crura conficitur, aliqua in parte ab iis, quibus in her inguinali utimur, sunt diversa. Collum enim ipsi magis inferne directum atque brevius, quam in br cherio, pro hernia inguinali est. Pila (*Pelotte*) a tem sic dicta magis superne directa esse debet directionem canalis cruralis, sicuti diameter illi verticalis haud tantae extensionis sit necesse e quam in altero, ne margo inferior, nimis infer prominens in motione extremitatis dolores immo e coriationes provocet.

De hernia crurali interna incarcerata.

Herniam cruralem internam praecipue inca ceratione esse obnoxiam supra jam diximus, q loco simul caussas hujus ad incarnationem procliv tatis adjecimus.

Triplici autem modo partes herniam cingent incarnationem efficere possunt; dum incarceratio fi

1) In annulo crurali anteriori s. in foss ovali per processum falciformem vel etiam per f sciam superficialem, quae fossam ovalem obtegit.

2) In annulo crurali stricte sic dicto s. an-
ulo crurali posteriori, ubi incarceratio praecipue
ne ligamenti Gimbernati efficitur.

3) Interdum incarceratio ex collo sacci her-
osi ipsius nascitur, quod si ex diversissimis caus-
s coarctatur.

Propter nisum permagnum hujus herniarum
eciei in gangraenam transeundi conatus ad repo-
ionem haud per tempus tam longum quam in her-
is ceteris sunt repetendi, sed mox ad scalpelli
um transeundum est, praecipue cum operatio,
amquam cruenta, haud in tam magnum periculum
grotum adducit, quam herniologi veteres — Pott,
rnaud, Scarpa — opinaverunt, immo potius spes
axima pro salute aegroti in ea est ponenda.

De operatione ipsa hoc in opusculo specialiter
actare non e re erit, quippe quae in plurimis chi-
irgiae et akiurgiae compendiis descripta sit. Id
men mihi proposui ut de decursu vasorum, quae in
eratione herniae cruralis internae praecipue sunt
spicienda, accuratius disseram; arteriam dico epi-
astricam, obturatoriam et spermaticam internam.

Arteria igitur epigastrica, postquam in statu
ormali ex arteria crurali ortum sumsit, et quidem
neas circiter novem ab annulo crurali remota, ob-
que ab osse ilium versus os pubis decurrit, pluri-
is in casibus spatium tantum linearum circiter
uatuor inter se et partem superiorem sacci herniosi
elinquens. In regione annuli cruralis interni de-
urrentem funiculum spermaticum vel ligamentum

uteri rotundum secat et superne, secundum margi-
nem musculi abdominis recti assurgit, ut supra cum
arteria mammaria interna communicationem ineat.
Priusquam funiculus spermaticus seu ligamentum
uteri rotundum ante hanc arteriam in canalem intret
inguinalem, ex ea arteria spermatica externa oritur,
quae in funiculum spermaticum intrat, atque cum
arteria spermatica interna communicat.

In decursu igitur normali arteriae epigastricae
ea latus occupat externum colli sacci herniosi, unde
elucescit, apud dilatationem cruentam annuli crura-
lis, incisionem interne esse dirigendam.

Saepius tamen evenit, ut arteria epigastrica in
latere sacci herniosi interno assurgat, quo in casu
dilatatio cruenta per incisionem interne directam
maximum affert periculum. Quod quidem tum prae-
cipue fit, ubi arteria epigastrica ortum sumit ab ar-
teria hypogastrica ipsa, vel ex trunco arteriae ob-
turatoriae, tum etiam si duae adsunt arteriae epiga-
stricae, quarum prima ab arteria crurali, altera au-
tem ab arteria hypogastrica proficiscitur, demum si
ex arteria circumflexa femoris interna exoritur.

Arteriae obturatoriae ortus admodum varius et
mutabilis est. Plurimum enim ramus est arteriae
hypogastricae et quidem rami ejusdem posterioris,
ex quo vel sola tantum, vel etiam conjuncta cum
arteria ileo-lumbali exoritur. Saepius autem ab aliis
arteriis ortum ducit. Interdum enim ex arteria hy-
pogastrica ipsa, et eo loco quidem venit, ubi illa
in ramum anteriorem et posteriorem dividitur; inter-

m autem ex ramo illius anteriori. Vel etiam ra-
ıs communicans inter epigastricam et obturatoriam
pra modum dilatatus est, ita ut obturatoriae ipsius
ameter admodum tenuis sit. Frequentissime vero
tus arteriae obturatoriae ita a statu normali ab-
rat, ut ex arteria crurali una cum arteria epiga-
ica truncum communem formans oriatur. Hic
uncus communis, in latere externo annuli cruralis
us, admodum brevis esse solet et arteriam obtu-
toriam super ramum ossis pubis horizontalem in
lvim demittit, arteria epigastrica more solito in
terno sacci herniosi latere assurgente. In paucis
ro casibus decursus hujus trunci communis lon-
oris in latere superiore sacci herniosi et arteriae
turatoriae in latere interno sacci observatus est,
ut collum herniae circulo arterioso circumdare-
r. Exceptis casibus a Thomson [36]), Wardrop et
arklay [37]) et Truestadt [38]) descriptis exemplum
jus rarissimi vitii in collectione praeceptoris mei
. Schultze asservatur, cujus descriptionem ac
lineationem infra dedi.

———

36) Monro on crural hernia bey Langenbeck Chir. Bibliothek. Bd. I. S. 875.

37) Wardrop, case of crural hernia, in which the obturator artery surrounded the mouth of the sac. In med. and surg. Journal. Vol. II. p. 203.

38) Diss. de extensionis in solvendis herniis cruralibus incarceratis prae incisione praestantia. Berol. 1816. Deutsch in Rust's Magaz. Bd. III. p. 227.

Arteria spermatica interna et cum illa funic lus spermaticus in canali inguinali supra arteria spermaticam versus annulum abdominalem desce dunt, et in decursu a parte superiore colli sa herniosi secantur, quo fit ut in operatione incis ligamenti Poupartii, si omnino necesse illa erit, ha nimis profunda facienda sit, ne arteria ipsa, v etiam funiculus spermaticus cultro violetur.

Descriptio herniae cruralis ab arteriae epigastri cae et obturatoriae trunco commun inclusae.

Praeparatum in collectione praeceptoris m Ill. Schultze conservatum est, ex juvene phthi pulmonali consumto, qui ultimis vitae diebus vo mitu iterato laboraverat, mense Decembri a. 182 Berolini mortuo. Sectione facta in dextro later hernia inguinalis externa minima, ex solo sacc vacuo formata et in latere sinistro hernia crural interna parva reperiebatur. Continebat haec herni cruralis intestini tenuis segmentum (non ansam to tius ambitus) incarceratum. Vasis cera repletis e cum nervis praeparatis reperit Ill. Schultze co lum sacci herniosi arteriis undique circumdatum

riuntur enim, quod quidem saepissime fit, ex unco communi arteria epigastrica et obturatoria; c vero truncus communis multo longior est, quam plurimis hujus status abnormis casibus, et inde atium inter vasa cruralia et arteriae obturatoriae iginem tam magnum, ut annuli cruralis interni amtus externus, superior et internus cingeretur ab unco communi et arteria obturatoria, idemque nessarie in collo sacci herniosi fieri debuit, cum rnia illa progrederetur.

In adjecta tabula praeparatum depictum est, cujus explicationem transeam.

A. Symphysis ossium pubis.

B. Spina ossis ilium anterior superior.

C. Musculus tensor fasciae latae.

D. Musculus sartorius.

E. Musculus pectinaeus.

F. Musculus adductor longus.

G. Musculus gracilis.

1. Annulus inguinalis externus.
2. Funiculus spermaticus.
3. Ligamentum Gimbernati.
4. Saccus herniae cruralis internae.
5. Arteria cruralis.
6. Arteria circumflexa ilium.
7. Truncus commuuis arteriae epigastricae et obturatoriae.
8. Ramus ad fasciam transversalem adscendens.

Ill. Erichson: de Logice,

Ill. Stiedenroth: de Psychologia,

Ill. Huenefeld: de Chemia theoretico-practica, Mineralogia et Physica,

Ill. Hornschuch: de Botanice universali et pharm ceutica, de Historia naturali universali, de Zoologi nec abstinui ab ejusdem viri Excursionibus tanicis;

medicis:

Ill. Schultze: de Osteologia et Syndesmologia, Anatomia corporis humani et normali et pathol gica, de Anatomia comparata, de Arte cadaveru rite dissecandorum (per duo semestria), de Ph siologia (bis),

Cel. Laurer: de Neurologia, de Angiologia, de An tomia organorum sensuum, de Osteologia et c Syndesmologia,

Ill. Berndt: de Therapia generali, de Patholog et Therapia speciali, de Morbis infantum, c Morbis psychicis et de Arte obstetricia,

Ill. Seifert: de Semiotice, de Pathologia general de Arte fascias rite alligandi, de Materia medic de Methodo formulas concinnandi, de Medicin forensi,

Beati Kneip, ante hunc annum praematura mort abrepti: de Chirurgia et generali et speciali, d Ossium fracturis et Luxationibus, de Ophtha miatrice, de Akiurgia.

n exercitationibus Clinicis duces mihi fuere, in medicis et in Arte obstetricia: Ill. Berndt; in chirurgicis Beat. Kneip, qui vir Cel. et de Opeationibus in cadavere instituendis me instruxit.

Gryphia Berolinum me contuli auctumno anni DCCCXLI, ubi a Rectore Magnifico Ill. Dieterici album academicum et ab Ill. Juengken in librum canatus facultatis Medicorum inscriptus audivi:

Ill. Lichtenstein: Zoologiam et

Cel. Erichson: Helminthologiam docentes;

iolas Clinicas adii:

Ill. Schoenlein et Ill. Wolff medicas et Ill. Juengken chirurgicas et ophthalmiatricas per duo semestria.

Quibus Viris omnibus egregie de me meritis gram me habere quam maximam publice jam juvat proeri, semperque Eorum memoriam pio gratoque animo vabo.

Tentamine philosophico et medico nec minus amine rigoroso feliciter superatis, spero fore ut disatione et thesibus publice defensis summi in medina, chirurgia et arte obstetricia honores mihi condantur.

THESES DFEENDENDAE.

I.

Rhachitis est morbus proprius, non e scrophulosi oriens.

II.

Gangraena amputationem omnino non vetat, im interdum illam indicat.

III.

Non omne vivum ex ovo.

A